

DOCTORIS SUBTILIS ET MARIANI
IOANNIS DUNS SCOTI
ORDINIS FRATRUM MINORUM

OPERA OMNIA

IUSSU ET AUCTORITATE
RMI P. IOANNIS VAUGHN
TOTIUS ORDINIS FRATRUM MINORUM MINISTRI GENERALIS


STUDIO ET CURA COMMISSIONIS SCOTISTICAE
AD FIDEM CODICUM EDITA

PRAESIDE
P. LUCA MODRIĆ

SOCIIS

PP.: STANISLAO BUŠELIĆ, BARNABA HECHICH, IOANNE JURIĆ, IOSEPHO PERCAN, ROGERIO ROSINI,
SATURNINO RUIZ DE LOIZAGA, CAESARE SACO ALARCÓN

XVIII



16877

CIVITAS VATICANA

TYPIS POLYGLOTTIS VATICANIS
MCMLXXXII

[DISTINCTIO SEXTA

QUAESTIO 1

UTRUM ANGELUS POTUIT APPETERE AEQUALITATEM DIVINAM]

Circa distinctionem sextam quaeritur utrum angelus potuit ap- 1
5 petere aequalitatem divinam.

Quod non, videtur: 2

Intellectus circa primum verum non errat, – igitur nec voluntas
circa primum bonum non¹ peccat; sed si appeteret se esse summum
bonum, appeteret summum bonum; ergo non peccaret, quod falsum
10 est.

Contra dicit Magister in littera. 3

I. – AD QUAESTIONEM

A. – OPINIO ALIORUM

Dicitur quod non potuit appetere aequalitatem divinam: 4
15 Quia si sic, aut ex passione, – quod non contingit, quia non 5
fuit ibi passio; aut ex ignorantia, – quod non contingit, quia illam

V

4-p. 374, 18 Loco textus huius quaestionis 1, codex F habet alium textum, sumptum ex Rep. II B
d. 6 q. 1 4 angelus om. V 8 primum] ipsum V 9 non om. V² 14 Dicitur in corr. V¹
16 passio] potentia V* | non om. V²

F II LOMBARDUS, Sent. II d. 6 c. 1 n. 36 (I 330): « [Lucifer] in suum Creatorem superbivit
in tantum quod etiam Deo se aequare voluit, ut in Isaia [14, 13-14] dicitur: '... et ero similis Al-
tissimo'. Similis quidem esse Deo voluit non per imitationem, sed per aequalitatem potentiae ». 14
THOMAS, Sent. II d. 5 q. 1 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VI 433b-434a); De malo q. 16 a. 3 in corp.
(ed. Parmen. VIII 397b); S. theol. I q. 63 a. 3 in corp. (V 126a): « Primo quidem modo [scil. per
aequiparantiam] non potuit appetere esse ut Deus, quia scivit hoc esse impossibile, naturali cogni-
tione ». 15-p. 372, 3 THOMAS, Sent. II d. 5 q. 1 a. 2 arg. 3 (ed. Parmen. VI 433b): « Quamvis vo-
luntas sit possibile et impossibile, tamen 'electio non est nisi possibile', ut dicitur in III
Ethicorum; sed electio angeli fuit de eo quod desideravit, quia quicumque non peccat per elec-
tionem, peccat per infirmitatem vel ignorantiam..., quale non fuit peccatum angeli; ergo suum

T¹ « nec... non » est duplex negatio, quae nihilominus vim negationis servat. – De hoc
cf. DUNS SCOTUS, Lectura I (XVII 454 nota 3).

non patiebatur; aut ex electione, – quod non contingit, quia secundum Philosophum «electio non est impossibile», et angelus scivit hoc impossibile esse 'ipsum esse summum bonum'.

6 Praeterea, angelum esse aequalem Deo, includit contradictionem; si igitur voluntas angeli hoc appetere possit, aut igitur fuit ostensum voluntati eius ratione recta, aut ratione erronea: non ratione erronea, quia tunc esset error ante peccatum in eis; nec ratione recta, quia tunc recte appeteret contradictionem.

7 Praeterea, ipsum angelum esse summum bonum, includit suum 'non esse', quod falsum est. 10

8 Item, quod non potest apprehendi, nec appeti potest; huiusmodi est aequalitas Dei; igitur etc.

[B. – OPINIO PROPRIA]

9 Sed istae rationes non videntur mihi concludere. Et ideo respondeo aliter, quod angelus potuit appetuisse aequalitatem divinam. 15

V

1 patiebantur (!) V | ex om. V 7 nec] add. in V 11 potest²] possunt V 12 est
om. V* 14 istae] illae V | concludere om. V*(ante mihi) 14-15 respondeo] rn^{do} V

desideratum fuit possibile. Sed eum esse aequalem Deo est impossibile; ergo non fuit suum desideratum; in corp. (p. 434a): «In angelo non est ponere passionem, quae ex appetitu honoris iudicium intellectus liget, sicut est in nobis»; *De malo* q. 16 a. 3 arg. 9 (ed. Parmen. VIII 396b); *S. theol.* I q. 63 a. 3 arg. 3 (V 126a).

F 2 ARISTOT., *Eth. ad Nic.* III c. 5 [c. 2] (Γ c. 4, 1111b 20-23): «Electio quidem enim non est impossibile..., voluntas est impossibile, puta immortalitatis». 4-8 THOMAS, *De malo* q. 16 a. 3 arg. 8 (ed. Parmen. VIII 396b): «Illud quod implicite contradictionem implicat, quandoque cadit sub appetitu voluntatis, quia ratio est perturbata; et ita propter perturbationem cognoscitivae virtutis, diabolus potuit appetere illud quod contradictionem implicat. – Sed contra: perturbatio rationis est aut poena, aut culpa; sed primam culpam diaboli... non praecessit neque culpa neque poena; ergo non potuit ex perturbatione rationis appetere aliquid contradictionem implicans». 9-10 THOMAS, *Sent.* II d. 5 q. 1 a. 2 in corp. (ed. Parmen. VI 434a): «Nullus vult aliquid..., quo posito eius natura non maneret; si autem angelus Deo aequalis esset, non esset huius naturae, sed divinae, – et ita suum non-esse appeteret»; *De malo* q. 16 a. 3 arg. 6 (ed. Parmen. VIII 396b): «Si ergo appetiit non-subesse Deo, sequitur quod appetiit non-esse, – quod est inconueniens, quia quaelibet res appetit 'esse'»; *S. theol.* I q. 63 a. 3 in corp. (V 126ab); *S. contra gent.* III c. 109 (XIV 341b). 11-12 THOMAS, *Sent.* II d. 5 q. 1 a. 2 arg. 2 (ed. Parmen. VI 433b): «Illud quod non cadit in apprehensionem, non cadit in voluntatem, quia voluntas non est nisi de aliquo bono apprehenso; sed aequalitas creaturae ad Deum non cadit in apprehensionem, quia ipse Deus omnem intellectum creatum sua magnitudine excedit; ergo videtur quod Dei aequalitatem non appetiit»; *S. theol.* I q. 63 a. 3 arg. 1 (V 126a): «Illud enim quod non cadit in apprehensione, non cadit in appetitu...; sed creaturam aliquam esse aequalem Deo, non cadit in apprehensione...; ergo angelus non potuit appetere esse ut Deus»; *De malo* q. 16 a. 3 arg. 7 (ed. Parmen. VIII 396b); *S. contra gent.* III c. 109 (XIV 341b).

Et primo modo hoc patet: voluntas enim habet pro obiecto suo 10 bonum quod vult, et bonum cui vult, – et utroque modo habet bonum pro obiecto, quia cuicumque vult bonum, semper vult bonum. Unde per hoc distinguitur amor concupiscentiae et amicitiae: nam quando volo naturae bonum, est amor concupiscentiae¹; sed aequalitas Dei est quoddam bonum, et angelus similiter est quoddam bonum; igitur potuit velle amore concupiscentiae sibi bonum summum.

Praeterea, angelus malus odit Deum; sed differentia est inter 11 iratum et odientem, secundum Philosophum II *Rhetoricae*, quod 'iratus vult ulcisci de eo cui irascitur, sed odiens vult ipsum non esse quem odit'; igitur nullus 'angelus malus' est qui non vult Deum non esse. Sed hoc includit contradictionem; igitur propter impossibilitatem non est negandum quin angelus potuisset 15 petuisse aequalitatem divinam.

[C. – AD RATIONES PRO OPINIONE ALIORUM]

Ad primam rationem pro alia opinione², dicendum quod angeli potuerunt appetuisse aequalitatem divinam ex electione. 12

Et quando dicitur quod 'electio non est impossibile'³, dicendum quod aequivocatio est de electione. Nam uno modo accipitur communiter pro actione libera voluntatis, praesupposita sufficiente cognitione a parte intellectus; alio modo, prout est actus appetitus consiliativi, sequens sententiam de conclusione syllogismi practici. Et haec est proprie electio⁴, – et iam non est impossibile, 25 quia est de aliquo efficaciter volendo, per cuius executionem exterius, potest deveniri ad finem. Unde ista electio sequitur consilium de iis quae sunt ad finem⁵, per quorum executionem de-

V

1 patet] potuit V | voluntas in ras. V¹ 1-3 obiecto ... obiecto] subiecto ... subiecto V 7-8 potuit ... summum] potest ... suum V 12 qui non] comp. V 13 Sed] Et V 13-14 impossibilitatem] compossibilitatem V* 23 conclusione syllogismi] cognitione simili (!) V

F 10 ARISTOT., *Rhetorica* II c. 4 (translatio GUIL. DE MOERBEKE, ed. in *Aristoteles latinus* XXXI 231) (B c. 4, 1382a 14-15): «Hic [iratus] quidem enim contra pati vult eum cui irascitur, hic [odient] autem non esse [eum quem odit]».

T 1 Cf. infra n. 25. 2 Cf. supra n. 5. 3 Cf. ibidem. 4 scil. ut secundo modo accipitur. 5 Cf. ARISTOT., *Eth. ad Nic.* III c. 6 [c. 3] (Γ c. 5, 1112b 31-32): «Videtur... homo esse principium operationum; consilium autem de operabilibus ab ipso»; ibidem (lin. 11-12): «Consilium autem non de finibus, sed de his quae [sunt] ad fines»; ibidem (p. 1113a 4-5): «Quod enim consilio praecudatum est, eligibile est».

venitur ad finem, et consilium non est 'impossibilis'; unde nullus exsequitur aliquod impossibile operandum. Sed electio quae est acceptatio (non ad aliquid persequendum ut per illud aliquid acquiratur, sed est simplex acceptatio), haec potest esse impossibile, – sicut possum appetere immortalitatem meam¹ et multa talia². Sic⁵ in proposito: angelus potuit appetere aequalitatem Dei non secundo modo electionis, ut persequendo illud impossibile ut per pugnam illam³ acquireret (hoc nihil est), sed simplici complacentia potuit appetere aequalitatem Dei.

14 Ad aliud, quando arguitur quod 'aut ratione recta aut erronea¹⁰ hoc appetunt'⁴, dicendum quod nec sic nec sic, sed⁵ ut neutra ostenditur voluntati, – sicut apprehendendo quod 'astra sint paria', placet quod sint paria⁶. Aliter potest dici quod non appetunt intellectu complexionis, sed intellectus⁷ simpliciter apprehendit aequalitatem divinam, et similiter naturam suam⁸, – et sic volun-¹⁵tas potest appetere aequalitatem illam sibi inesse.

15 Ad aliud, quando arguitur quod 'tunc appeteret se non esse'⁹, dico quod non sequitur, quia peccator quando peccat, appetit¹⁰

V

3 aliquid¹ om. V 3-4 acquiritur V 5 meam] extrema V² 7 persequendo ... ut²] existendo ... et V 8 simplici] simpli¹ V 10 aut²] atque V 11 hoc in corr. V¹ | nec sic² om. V 12 ostendet (!) V 12-13 paria ... paria] pia ... pia (!) V 14 comple-
xionis] complectationis V 16 potest om. V

T¹ scil. 'numquam mori' in hac vita. Cf. ARISTOT., *Eth. ad Nic.* III c. 5 [c. 2] (Γ c. 3, 1111b 22-23): «Voluntas est impossibile, puta immortalitatis». Cf. THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* III c. 5 (XLVII¹ 133b): «... sicut potest aliquis velle esse immortalis, quod est impos-
sibile secundum statum huius corruptibilis vitae». ² Cf. DAMASC., *De fide orth.* c. 36 [II c. 22] (FIP t. s. VIII 136-137; PG 94, 943-946): «Volumus autem et reges esse: hoc non est eorum
quae sunt in nobis; volumus autem fortassis et numquam mori. Hoc autem impossibile est».

³ scil. aequalitatem. ⁴ Cf. supra n. 6. ⁵ supple: aequalitas Dei. ⁶ Cf. DUNS SCOTUS, *Lectura I d. 39 n. 44. 62* (XVII 493. 500); CICERO, *Academica priora* II c. 10 (III 446a): «Illos qui omnia sic incerta dicunt, ut stellarum numerus par an impar sit, quasi desperatos aliquos relinquamus». ⁷ subintellige: angeli. ⁸ scil. ipsius angeli. ⁹ Cf. supra n. 7. ¹⁰ Sic textus codicis V abrupte absolvitur, et statim ibi relinquitur spatium album octo linearum, tam ad praesentem responsionem (n. 15) complendam, quam pro responsione ad ultimum opinionis argumentum (cf. supra n. 8) et pro responsione ad argumentum principale (cf. supra n. 2).

[QUAESTIO 2

UTRUM PRIMUM PECCATUM ANGELI

FUERIT PECCATUM SUPERBIAE]

Utrum primum peccatum angeli fuerit peccatum superbiae. 16

5 Quod sic, videtur: 17

Per Augustinum *De civitate Dei* libro XIV cap. 13; ubi etiam adducit illud Eccli. 10: *Initium omnis peccati, superbia*.

Praeterea, angeli non peccaverunt peccato pertinente ad tempo-¹⁸ralia: hoc enim non appetunt nisi pro nobis, ut nos decipiant et¹⁰ tentent (sicut diabolus dixit Christo: *Haec omnia dabo tibi etc.*); non igitur peccaverunt nisi per aliquid quo habentur temporalia, ita quod illo habito habentur temporalia. Item, non peccaverunt peccato alicuius delectationis, ut gulae et luxuriae: haec enim non cadunt in eis; igitur non peccaverunt nisi peccato spirituali. Sed¹⁵ non illo peccato spirituali quod est secundum actum nolendi (ut ira et invidia, quae causantur ex tristitia), quia actus nolendi re-
spectu alicuius praesupponit actum volendi (numquam aliquis noluit aliquid, nisi quia vult oppositum vel aliquid cui oppositum inest; et hoc etiam patet per Anselmum *De casu diaboli* 13 cap.); patet²⁰ igitur quod non peccaverunt primo¹ actu nolendi, – igitur relinquitur quod peccaverunt tantum peccato superbiae.

Praeterea, in canonica prima cap. 2: *Omne quod est in mundo, aut* ¹⁹*est concupiscentia carnis, aut concupiscentia oculorum, aut superbia vitae; sed peccatum angeli non fuit concupiscentia carnis, nec ocu-
25 lorum (ut avaritia), ut patet; igitur fuit superbia vitae.*

VF

4 primum om. V¹ 6 Dei ... cap. ... ubi] divina ... et ... et V 10 tentant V 11 igi-
tur] ideo V 13 et] aut F | haec in corr. V¹ | enim in corr. F¹ 14-15 Sed — spirituali om. V²
15 quod est rep. F 15-16 nolendi ... nolendi] volendi ... volendi F 16-17 respectu om. V²
17 alicuius] actus F 18 inest] in corr. V² coniungitur F 19 patet¹ om. F | 13 cap.] cap.
13 F 20 igitur¹ om. F | nolendi] nocendi V² (in textu et mg.) 22 in¹ om. V | canonica in
corr. V¹ (partim in mg.) | prima cap. 2] Ioannis secunda F 24 sed — fuit] non peccavit F | carnis]
ut patet (!) V 25 ut¹ — vitae] igitur etc. F

F 6-7 AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 13 n. 1 (PL 41, 420): «Porro malae voluntatis initium quod potuit esse nisi superbia? 'Initium enim omnis peccati superbia est' [Eccli. 10, 15]». ¹⁰ Matth. 4, 9. ¹⁹ ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 3 (ed. SCHMITT I 239-240; PL 158, 331-332); textus cf. infra ad p. 376, 22. ²²⁻²⁴ I Ioan. 2, 16.

T¹ scil. primum seu primitus.

20 Contra:

Peccatum angeli fuit gravissimum, quia irremediabile; sed superbia non est maximum peccatum, quia peccatum formaliter est malum quod formaliter opponitur bono; sola autem caritas formaliter est bona, quae 'dividit inter filios regni et filios perditionis' ¹; ergo odium Dei est maximum peccatum.

21 Praeterea, *radix omnium malorum est cupiditas*, ad Rom.

22 Confirmatur, quia angeli peccaverunt per immoderatum modum appetendi quod non habuerunt (ut sapientiam vel aliquid aliud); sed haec est avaritia, licet non carnalis nec respectu carnalium. ¹⁰

[I. – AD QUAESTIONEM]

23 Circa istam quaestionem sic procedendum est: primo videndum est quis sit ille actus quo angelus peccavit, et secundo videndum est quale fuit illud peccatum.

[A. – QUIS SIT ILLE ACTUS QUO ANGELUS PECCAVIT]

24 Circa primum dico quod ille actus fuit volendi et non actus nolendi, quia omne 'nolle' praesupponit 'velle'. Licet actus nolendi sit positivus, non tamen communiter actus nolendi est primus; non nego tamen quin possit esse primus, – sed si voluntas sit in puris naturalibus, primus actus est actus volendi: ideo enim habet actum nolendi, quia vult aliquid cum quo non potest stare nolitum, secundum illud Anselmi *De casu diaboli*: 'Avarus non vult de-

15

VF

2 Peccatum] *praem.* Primum F | sed] quia V 4 quod] quia V* | sola] sole V* | caritas] caritatis V* *add.* cui opponitur odium F 4-5 formaliter est] e. f. F 6 ergo — peccatum om. F 7 cupiditas] concupiscentia V* | ad Rom.] adhuc V* Rom. 1 F 8 quia] quod V om. F | peccaverunt] om. V* appetiverunt *post* appetendi (9) V² 10 sed] et V | carnalis] essentialis (!) V 12 quaestionem om. F | procedendum est] procedendo F 13 sit] et V* erat F 16 dico] *add.* primo F | volendi et non om. F 17 nolendi in *corr.* V¹ 17-18 nolendi in *corr.* V¹ 18 sit om. V* *et rescr.* V² | communiter — est] positivus volendi (vol.) nol. V¹ est (e.) sit V² V 19 possit] potest *codd.* 20 habet] licet (!) V 21 nolendi ... nolitum] volendi ... volitum V 22 secundum] *praem.* sicut F | illud Anselmi] Anselmum F 22-p. 377, 1 non vult denarium] nolit Deum (!) F

F 7 Potius I Tim. 6, 10. 22 ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 3 (ed. SCHMITT I 239-240; PL 158, 331-332): « Avarus namque, cum vult tenere nummum et mavult panem, quem nequit habere nisi nummum det, – prius vult dare, id est deserere nummum, quam non velit tenere. Non

T ¹ AUGUST., *In ep. Ioan. ad Parthos* tr. 5 n. 7 (PL 35, 2016): « Dilectio... sola discernit inter filios Dei et filios diaboli...; non discernuntur filii Dei a filiis diaboli, nisi caritate ».

narium, quia vult panem, quem non potest habere simul cum denario'. Primus igitur actus voluntatis in angelo fuit actus volendi.

Sed cuiusmodi fuit ille actus volendi primus in angelo malo? ²⁵

Dico quod duplex est actus volendi, scilicet concupiscentiae ⁵ et amicitiae. Actus volendi concupiscentiae est actus quo quis vult bonum sibi vel alteri bonum; sed actus volendi amicitiae est actus quo voluntas tendit in bonum absolute quando quis diligit se vel aliud absolute. – Et isti actus sunt ordinati. Nam amor concupiscentiae praesupponit amorem amicitiae: non enim volo mihi bonum nisi quia amo me, et volo sibi bonum quia amo illum (non enim voluntas concupiscit alteri bonum, nisi quia complacet illi amato).

Dico tunc quod primus actus volendi angeli mali fuit immoderata complacentia sui, qua amabat se, – et ideo sequebatur immoderata concupiscentia, qua sibi bonum concupiscebatur quia inordinatum amorem sui habebat. Hoc vult Augustinus *De civitate Dei* libro XIV cap. ultimo (in principio): « Duo amores fecerunt duas civitates » etc. Unde radix omnis peccati est amor sui immoderatus. Ideo non frustra dixit Apostolus: *Erunt homines in diebus illis amantes se*. Et sic angelus malus se habuit respectu suae essentiae: nam essentia sua visa plus placuit sibi quam essentia divina, quae fuit creatrix eius, sicut dicit Augustinus ubi supra.

Sic ergo primo habetur quod actus primus angeli mali fuit actus ²⁷

VF

1 habere simul] s. h. F 1-2 denario] Deo (!) F 2 Primus] Praeterea F 3 Sed — volendi om. V | cuius F 5 et amicitiae] am. et *ante* concupiscentiae (4) F 5-7 quis — quo om. V 8 aliud] aliquid V 9 non] ideo F 10 nisi om. F 11-12 complacet ... amato] placet ... amando V 13 volendi in *corr.* V¹ 15 concupiscentia] *add.* sui V 17 cap. om. V | Duo amores] D. amatores (!) F om. V 18 civitates in *corr.* V¹ | omnis in *ras.* V¹ 19 Ideo] *praem.* Et F *not. vel:* Igitur V* | dixit Apostolus] *ante* non V *adnot.* II Tim. V² 20 se habuit] habet se V 21 complacuit V 22 Augustinus ubi] angelus ut V* 23 primo habetur] potest haberi F

enim illum ideo vult dare quia non vult tenere; sed ideo non vult tenere, quia ut panem habeat necesse habet dare. Nam et antequam habeat, vult habere et tenere, et cum habet, nequaquam non vult tenere, quamdiu non habet necesse deserere... Non ergo semper est prius non velle tenere quam velle deserere, sed aliquando prius est velle deserere ».

F 16 AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 28 (PL 41, 436): « Fecerunt itaque civitates duas, amores duo: terrenam scilicet amor sui usque ad contemptum Dei, caelestem vero amor Dei usque ad contemptum sui ». 19-20 II Tim. 3, 1-2. 22 AUGUST., *De civ. Dei* XIV c. 13 n. 1 (PL 41, 420-421).

volendi¹; et ille actus fuit actus volendi amoris sui immoderate, quem sequebatur immoderata concupiscentia et inordinata².

28 Sed videndum quis fuit ordo in peccato eius, loquendo de amore concupiscentiae.

Ad quod dico: cum triplex sit bonum (VIII *Ethicorum*), scilicet 5 bonum honestum et bonum utile et bonum delectabile, potuit sine peccato concupiscere bonum honestum; et bonum utile amore concupiscentiae nullus concupiscit primo, sed illud ad quod est 'utile', quod est prius amore isto; igitur relinquitur quod bonum delectabile primo concupivit. 10

29 Praeterea, Anselmus *De casu diaboli* cap. 13 et 14: Duplex est affectio boni, scilicet commodi et iustitiae; sed non concupivit secundum affectionem iustitiae, – non enim tunc peccasset; igitur concupivit affectione commodi. Sed in commodis appetiit maximum commodum, non servata iustitia, et commodum quod maxime 15 conveniens fuit suae naturae, circumscripto quocumque alio; haec autem est delectatio.

VF

1 volendi¹] vocandi V* | fuit actus om. V | amor (!) V 3 Sed — ordo] Secundo videndum est quis o. fuit F 5 quod rep. post dico F | triplex] comp. V* | VIII *Ethicorum* om. V 6 et¹] praem. scilicet V* om. F 7 et] in corr. V² similiter F 8-9 nullus — isto] primo concupiscit isto V' om. V² 8 nullus] alius F 11 Praeterea] Potentia V | et rep. F 12 boni] comp. V | scilicet] et F 12-13 sed — iustitiae om. V 13 tunc om. V | peccasset] add. si affectione commodi concupivisset V² 14-15 in commodis ... commodum¹] in commodum ... bonum F 16 suae naturae] n. s. F | quocumque] praem. non V* | hoc F

F 5 ARISTOT., *Eth. ad Nic.* VIII c. 2 [c. 2] (© c. 2, 1155b 18-21): «Videtur enim non omne amari, sed amabile; hoc autem esse bonum vel delectabile vel utile [in editione: male]. Videbitur autem utique 'utile' esse per quod fit bonum aliquod vel delectatio; quare amabilia utique erunt et bonum [et] delectabile, ut fines». – Cf. THOMAS, *Sententia libri Ethicorum* VIII c. 2 (XLVII 446a): «... amatur amabile, quod quidem est vel per se bonum, scilicet honestum, vel delectabile vel utile». 11 ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 4 (PL 158, 332-333): «Mag. Nihil autem velle poterat [diabolus] nisi iustitiam aut commodum: ex commodis enim constat beatitudo, quam vult omnis rationalis natura. – Disc. In nobis possumus hoc cognoscere, qui nihil volumus nisi quod iustum aut commodum putamus. – Mag. Iustitiam vero volendo, peccare non potuit... Peccavit ergo volendo aliquod commodum, quod nec habebat nec tunc velle debuit, quod tamen ad augmentum beatitudinis esse illi poterat... Cernis, ut puto, quia plus aliquid quam acceperat inordinate volendo, voluntatem suam extra iustitiam extendit»; c. 12 (col. 344): «Duo bona et duo his contraria mala usu dicuntur: unum bonum est quod dicitur iustitia, cui contrarium malum est iniustitia; alterum bonum est quod mihi videtur posse dici commodum, et huic malum opponitur incommodum. Sed iustitiam quidem non omnes volunt...; commodum vero non solum omnis rationalis natura, sed et omne quod sentire potest, vult, et vitat incommodum».

T ¹ Cf. supra n. 24. ² Cf. supra n. 26.

Unde Philosophus X *Ethicorum* approbat unum philoso- 30 phum¹ dicentem delectationem esse maximum bonum et felicitatem, quia prope est et eam consequitur et difficile sit distinguere: delectatio enim appetitur circumscripto quocumque alio, sed nihil 5 aliud appetitur si fuerit triste et absit delectatio²; igitur primus actus concupiscentiae eius³ fuit delectatio 'maxime delectabilis' et convenientis suae naturae.

Item, hoc declaratur sic: voluntas nostra coniuncta est appe- 31 titui sensitivo sicut intellectus phantasmati; ideo sicut intellectus nihil intelligit nisi per abstractionem a phantasmate, sic nec voluntas 10 nostra vult nec appetit communiter nisi quod appetitur ab appetitu sensitivo: et hoc quilibet potest experiri in se ipso, quod illud magis appetitur a voluntate in quod inclinatur magis appetitus sensitivus. Verumtamen hoc accidit voluntati – unde voluntas – quod sic non 15 appetit nisi quod appetitus sensitivus appetit, sicut accidit ex parte intellectus quod non intelligit nisi per conversionem ad phantasmata. Et ideo sicut intellectus separatus non intelligit per conversionem ad phantasmata, ita si voluntas esset separata, posset velle sine appetitu sensitivo; unde si voluntas nostra esset separata, esset 20 conveniens delectari in illo ad quod inclinatur voluntas ut volun-

VF

1 X] XIV (!) V 2 esse] et (!) V | bonum om. codd. 2-3 felicitatem] felicem V 3 prope — consequitur] proprie est, tamen sequitur V 4 circumscribendo V 5 aliud appetitur] ap. al. V | triste om. V 6 maximi F 7 conveniens V | suae naturae] n. s. F 8 Item] Tamen F | declaratur] delectatur (!) V 9 ideo] praem. et F 10-11 nec ... nostra in corr. V² 11 communiter] convenienter aliquod V | nisi quod om. V* 12 et] ex F 13 inclinatur F 14 voluntati] ve¹ V 15 appetit¹] appetat F 17-18 Et — phantasmata om. V 18 si] sed V | posset] potest (post velle F) V*F 19 esset¹] esse V* | esset²] esse V' posset V² 20 conveniens] per continens (!) V* | ad] in F

F 1-5 ARISTOT., *Eth. ad Nic.* X c. 2 [c. 2] (K c. 2, 1172b 9-22): «Eudoxus delectationem bonum existimabat esse... Maxime autem eligibile [et per consequens summum bonum] esse quod non propter alterum neque alterius gratia eligimus. Tale autem confessum est esse delectationem»; c. 8 [c. 7] (c. 7, 1177a 22-23): «Existimamusque oportere delectationem admixtam esse felicitati». Cf. etiam ib. I c. 11 [c. 8] (A c. 9, 1099a 21-25): «Secundum se ipsas utique erunt 'secundum virtutem operationes' delectabiles, quinimmo et pulchrae et bonae... Optimum ergo et pulcherrimum et delectabilissimum felicitas. Et non divisa sunt haec».

T ¹ scil. Eudoxum, qui fuit astronomus vel astrologus insignis, Platonis discipulus, cuius aliam opinionem item allegat ARISTOT., *Metaph.* XII t. 45 (Λ c. 10, 1073a 17-32). ² Aristoteles Eudoxum approbat quatenus putavit delectationem esse bonum, – cf. ARISTOT., *Eth. ad Nic.* X c. 2 [c. 3] (K c. 2, 1173a 13-1173b 20); non autem eum approbat quatenus dixit delectationem esse summum et per se bonum, – cf. ib. c. 3 [c. 3] (p. 1174a 9-10): «Igitur neque per se bonum [est] delectatio, neque omnis [delectatio est] eligibilis». – De hoc cf. DUNS SCOTUS, *Rep.* II A d. 6 q. 2. ³ scil. angeli.

tas: et hoc est maximum delectabile, quod etiam est maximum intelligibile. Sicut enim appetitus gustativus appetit maximum gustabile a gustu (ut perfectissimum saporem), et similiter appetitus visivus appetit illud quod est perfectissimum visibile (ut perfectissimum colorem), apprehensum a visu, — ponendo quod quilibet 5 sensus apprehensivus habeat suum appetitum, et universaliter, obiectum illud quod est maxime apprehensum a potentia apprehensiva, illud est maxime appetitum. Et ideo cum angelus habeat voluntatem apprehensivam abstractam ab appetitu sensitivo, ipse concupiscet quod ab ipso est magis et maxime intelligibile; summum igitur intelligibile fuit summe ab ipso concupitum, ut in illo delectaretur aliquo modo; hoc autem summum delectabile et intelligibile est beatitudo; beatitudinem igitur inordinate concupivit.

32 Et hoc dicit Anselmus *De casu diaboli* cap. 6, qui discipulo, quid angeli mali appetierunt, respondit se nescire, sed appetiit 15 angelus malus quod habuisset si stetisset.

33 Contra:

Videtur quod non peccavit appetendo beatitudinem, sed appetiit Deum suo intellectui praesentem, ut voluntas illo delectaretur; igitur non peccavit, quia secundum Augustinum — XIII *De Trinitate* cap. 5 — ‘beatitudo ab omnibus appetitur’, et appetitu naturali omnes beatitudinem appetunt; voluntas autem naturalis

VF

1 hoc om. V | etiam] et V* | est² om. V 2 gustativus in corr. V¹ 4 illud om. V 4-5 perfectissimum] perfectionem (!) V 6 sensus apprehensivus in corr. V² 6-8 et — appetitum] a potentia appetitiva V 9 apprehensivam om. F | abstractivam V 10 concupiscet in corr. V¹ | ab ipso] ab illo post est F | magis et maxime om. F 10-11 summum om. F 11 intellectibile (!) V | summe] post ipso F summum V | illo] isto V 12 delectaretur in corr. V¹ | summum] suum (!) F praem. est V | et om. V 13 est] cum (!) V | concupivit in corr. V² 15 respondit] cum dicit F rep. (!) ante quid V² | appetiit] appetit F 16 stetisset] add. hoc fuit beatitudo F 18 sed om. F 18-19 appetiit in corr. V² 19 sua (!) V | intellectui in corr. V¹ | illo] sua F 20 secundum Augustinum] si (sicut V²) Augustinus (add. dicit V²) V 21 5] quod V* 22-p. 381, 1 naturalis semper] s. n. et V n. super F

F 14-16 ANSELMUS, *De casu diaboli* c. 6 (PL 158, 334-335): «Disc. Vellem audire cuiusmodi commodum illud fuit, quod... mali [angeli] iniuste concupiscendo sic defecerunt. — Mag. ... Quid illud fuerit non video; sed quidquid fuerit, sufficit scire quia fuit aliquid ad quod crescere potuerunt; quod non acceperunt quando creati sunt, ut ad illud [in editione: aliud] suo merito proficerent». 20-21 AUGUST., *De Trin.* XIII c. 5 n. 8 (PL 42, 1020): «Quapropter, quoniam verum est quod omnes homines esse beati velint, idque unum ardentissimo amore appetant, et propter hoc cetera quaecumque appetunt..., sequitur ut omnes beatam vitam sciant».

semper recta est; ergo respectu finis ultimi non peccaverunt angeli mali.

Praeterea, intellectus sic se habet ad primum principium sicut 34 voluntas ad ultimum finem; igitur sicut intellectus non potest errare circa primum principium, errando circa alia, sic nec voluntas potuit peccare appetendo ultimum finem, licet peccaret appetendo alia.

Praeterea, angelus bonus habuit affectionem commodi sicut et 35 angelus malus (appetiit enim bonum naturae suae); sed secundum 10 Anselmum *De concordia* cap. 22, angeli non potuerunt non velle affectionem commodi; igitur si angelus malus peccavit propter affectionem commodi, sequitur quod angelus bonus similiter peccavit.

Respondeo quod affectio iustitiae, sive sit infusa sive innata, 36 ipsa inclinatur voluntatem ad volendum sicut ipsa debet velle; debet 15 autem velle secundum conformitatem voluntati divinae in ratione volendi. Sed quia voluntas est appetitus, non potest appetere — secundum affectionem commodi — commodum nisi tantum sibi, sed aliis potentiis non; et quia voluntas non sequitur inclinationem intellectus, ideo ex libertate sua potest velle et nolle quod non naturaliter vult. 20

Dico tunc quod angelus peccavit secundum immoderationem 37 amoris concupiscentiae, quia plus amavit Deum sibi esse praesentem quam Deum in se; aliam immoderationem habuit forte in actu volendi accelerationem beatitudinis, quia nimis cito appetiit, cum 25 tamen deberet eam voluisse pro termino statuto secundum legem divinam; tertiam immoderationem habuit in actu volendi ex parte causae, quia Deus voluit quod beatitudo daretur sibi pro meritis,

VF

1 recta] comp. F | ergo post ultimi F 3 sic] sicut ante intellectus F | sicut] ita F 5 sic] ita F 5-6 sic nec voluntas potuit] [...] intellectus V² 6 potuit om. F | peccaret] peccet F 8 affectionem] affectum F 9 appetiit] appetant V' appetunt (?) V¹ 10-11 De — igitur om. V 12 commodi] comp. V | similiter ante sequitur V 14-15 debet² — velle om. V 15 secundum] sed V¹ | voluntatis F 16-20 Sed — vult om. F 16 non] nullus V² 18 non¹ om. V* | non²] vero (!) V | sequitur in ras. V² 19 non om. V* 21 quod ante tunc F¹ | angelus] add. malus F 22 Deum om. V 23 habuit forte] f. h. F 24 accelerationem] in acceleratione V om. F 25 eam] esse V* | eam voluisse om. F 26 habuit post volendi F 27 causae ... daretur in corr. V¹

F 10-11 ANSELMUS, *De concordia* q. 3 c. 13 (alias 23) (PL 158, 539): «Quoniam ergo deseruit iustitiam, perdidit beatitudinem; et voluntas, quam bonam et ad bonum suum accepit, fervens desiderio commodorum, quae non velle nequit,... ad falsa... commoda... se convertit».

ipse autem ex puris naturalibus voluit beatitudinem habere; et quarta immoderatio fuit in fine, appetendo summum delectabile sibi propter delectationem, et sic ut uteretur Deo¹.

38 Et istis modis potuit peccasse; et verisimile est quod isto quarto modo peccavit. Unde dico quod circa finem ultimum potuit peccare 5 appetendo finem ultimum non affectione iustitiae, sed affectione commodi; et hoc secundum immoderatam affectionem aliquo praedictorum quattuor modorum.

39 Per hoc patet ad primum argumentum²: concedo enim quod appetitus naturalis est respectu beatitudinis; sed in appetitu naturali non est praedicta aliqua immoderatio (ut nimis cito appetat³), quoniam appetitus naturalis non est actus elicited; sed ista immoderatio est secundum libertatem voluntatis (nimis cito accelerantis), quia voluntas sic libera habet unde potest moderari et regulare affectionem suam. Et ideo peccavit non utendo illa regula. 15

40 Ad aliud⁴ dicendum quod non est simile, nam intellectus non potest non intense intelligere, nec est in potestate eius moderatio sui actus, quia intellectus respectu obiecti est in potentia mere naturali (circumscripito imperio voluntatis), nam praesente obiecto aliquo, intellectus fertur in illud quantum potest ex parte sui; sed voluntas debet reprimere intellectum ne intelligat summe quod non est summe intelligendum, sicut peccata et morosas cogitationes. 20

41 Ad tertium, quando arguitur quod boni habuerunt sicut mali affectionem commodi⁵, dico quod⁶ appetebant Deum secundum affectionem commodi moderate et secundum affectionem iustitiae, quia plus diligebant Deum in se bonum quam eis praesentem; sed mali e contra. Similiter, habuerunt⁷ moderationem ex parte causae 25

VF

1 ex] de V 2 appetendo] praem. in F 3 delectationem] add. tantum V² 4 peccasse in corr. V¹ | est om. V* | quod isto] et ideo V 6 affectione³] -nem (!) V 7 hoc secundum] s. h. V 7-8 praedictorum quattuor] q. p. F 9 patet om. F | argumentum] articulum V | concedo] praem. hoc V 10 beatitudinis rep. post naturali (10-11) V 11 appetat rep. post cito (13) V 12 quoniam] quia F | non om. V 14 moderare codd. 16-17 non² ... non] nisi ... nimis (!) V 17 est] etiam V 19 naturalis F | praesento F⁺ 20 aliquo om. F 22 summe] summum F⁺ 24 arguitur] dicitur F 25 appetebant] -tabant (!) V⁺ -tebunt F 27 quia plus] plus quam (q. om. V²) V | diligebant Deum] D. dil. V 28 causae in corr. V¹

T ¹ Cf. DUNS SCOTUS, *Ordinatio* II d. 6 n. 52-53, ubi primus et quartus modus in unum coalescunt. ² Cf. supra n. 33. ³ In exemplum adducit unam ex quattuor immoderationibus descriptis supra n. 37. ⁴ Cf. supra n. 34. ⁵ Cf. supra n. 35. ⁶ supple: boni. ⁷ supple: boni.

et ex parte finis, nec appetierunt Deum propter delectationem ut sic uterentur Deo, sicut mali fecerunt.

Sed dices: quomodo est possibile quod boni potuerunt appetere 42 Deum et non referendo ad delectationem?

5 Dico quod hoc boni potuerunt. Sicut enim voluntas, non habens Deum praesentem, vult Deum bene esse (ut voluntas nostra ordinata), ita voluntas habens Deum praesentem intellectum, vult Deum esse, ut eodem praesente magis velit Deum bene esse, – et totum hoc ex affectione iustitiae.

10 Iam igitur habemus duos actus quibus angeli mali peccaverunt, 43 scilicet inordinatum amorem sui et immoderatam concupiscentiam beatitudinis ut summe delectabilis.

Sed fuitne tunc peccatum eorum consummatum? 44

Dico quod non. Nam voluntas in peccando incipit a minimis 15 et sic tendit ad maiora, quia qui contemnit minima, paulatim decidet in maiora; non est autem tantum malum appetere Deum sibi esse praesentem propter delectationem ut odire Deum. Unde processit sic, in peccando, angelus malus: appetiit Deum praesentem sibi propter delectationem, et hoc appetiit ut ex puris naturalibus 20 haberet Deum sibi praesentem, – et in hoc implicite parificari voluit Deo, quia hoc est solius Dei habere ipsum praesentem ex puris naturalibus; et quia sic ex puris naturalibus voluit habere beatitudinem, voluit non subesse Deo, licet non formaliter appetiit aequalitatem Dei; ultra, videns quod non potuit hoc habere, invidit 25 excellentiae eius et habuit tristitiam de excellentia eius, – et tunc sequebatur odium quo odiebat Deum, volens ipsum non esse. Et omnia ista peccata et actus malos habuit in via, existens viator. Unde non tantum peccavit uno actu, nam inordinate primo dili-

VF

1 nec] et non F 3-9 Sed — iustitiae om. F 5 Sicut] Sic V 8 eodem] comp. V 11 inordinatum] moderatus (!) V 11-12 immoderata concupiscentia codd. 12 ut] et codd. 13 fuitne] fuit ratione vere (!) V 14-15 a minimis ... tendit ... quia om. V 15-16 decedit F 16 in maiora om. V | sibi] igitur (!) V 17 esse om. F | propter delectationem] d. p. V | ut] et codd. 17-18 processit] praecessit V 18-19 Deum — delectationem rep. post appetiit (19) V 19 et] add. tamen F | appetivit F | ut ex] nec a V 20 sibi] praem. sic V 20-21 et — praesentem om. V 22 et ... sic om. V | ex] in F 24 habere] obtinere F 25 habet V | eius² om. F | et² om. V 26 ipsum om. V 27 omnia] omnino V | habuit om. V

F 15-16 Eccli. 19, 1.

gebat se, et post immoderate concupivit beatitudinem et Deum, et post invidit ei, et ultimo odivit eum, et tunc fuit consummatum, – et fuerunt diversa obiecta et diversi actus peccati.

- 45 Unde non intelligo quod tantum peccaverunt uno peccato in instanti indivisibili, et quod tunc fuerint in termino, et sic peccatum eorum fuerit irremediabile; sed dico quod in omnibus illis peccatis fuerunt viatores, – et quando peccavit angelus malus uno peccato, si in secundo instanti habuisset gratiam et poenituisset, fuisset remediabile. Et sic patet ordo in peccando, quia primo incipit voluntas a minimis, et deinde ad maxima. Et hoc est quod dicit Augustinus XIV *De civitate Dei* (ubi supra): «Duo amores fecerunt duas civitates, scilicet amor sui usque ad contemptum Dei»¹.

- 46 Sic igitur patet primum, 'quis fuit actus quo angelus malus peccavit'², et plura etiam dicta sunt in speciali circa hoc.

IB. – QUALE FUERIT PECCATUM QUO ANGELUS MALUS PECCAVIT 15

- 47 Nunc secundo restat videre quale fuerit peccatum quo angelus malus peccavit.

- 48 Et dico quod non fuit superbia nec aliquod aliorum de septem capitalibus:

Hoc apparet de primo actu, quo inordinate amabat se³: non enim amare se inordinate est superbia, quia eiusdem rationis est actus quo quis amat se et quo quis amat alium (quia actus amicitiae). Sed si aliquis amat alium inordinate magis quam debet, non superbit nec est superbia; ita nec si aliquis inordinate amat se. Unde magis reducitur ad luxuriam spiritualem quam ad superbiam.

- 49 Similiter, hoc patet de secundo actu, quo inordinate appetebat

sibi bonum¹, quod non sit superbia, quia superbia pertinet ad irascibilem (vel ad voluntatem ut habet vim irascibilis), eo quod irascibilis est circa ardua quae superbus inordinate appetit; sed concupiscibilis praecedit irascibilem, nam 'irascibilis' est propugnatrix concupiscibilis²; igitur concupiscentia alicuius boni inordinate non est superbia.

Praeterea, non videtur quod angeli inferiores peccantes voluerint subici supremo angelo Lucifero peccanti; ergo multo fortius non peccaverunt – primo actu – volendo subici Deo, qui in infinitum excedit³ in perfectione.

Ideo dico quod peccatum eorum non fuit superbia nec aliquod aliorum⁴, sed amor inordinatus, ad quem sequebatur inordinata concupiscentia boni respectu sui.

Dicitur quod tunc plura peccata sunt quam septem. 52

- 15 Respondeo quod non invenitur in Scriptura sacra ubi tantum ponantur illa septem, licet aliqui sancti loquuntur de illis. Bene enim inveniuntur in Scriptura sacra decem praecepta⁵, et etiam

VF

1 superbia¹ om. V 3 ardua in corr. V¹ | quae — inordinate] qui similiter immediate V 5 alicuius] actus (!) V 7-8 voluerunt V 8 supremo] primo V⁺ | Luciferi V 9 volendo — qui] volendi subito Deo, quae V quia v. subici Dei F | in om. V 12 aliorum] illorum F 13 boni] vero F 14 Dicis F | sunt om. F 15 quod om. F 16 ponuntur F 16-17 loquuntur ... inveniuntur] loquebantur ... ponuntur F 17 Scriptura sacra] s. Scr. F | etiam om. F

F 14 AEGIDIUS ROM., *Sent.* II d. 5 q. 1 a. 3 (I 287a): «Cum enim ponantur septem vitia capitalia – gula, luxuria, avaritia, ira, accidia, et superbia, et invidia – certum est quod non potuit esse daemon incitatus ad peccata carnalia vel corporalia (ut ad luxuriam, vel ad gulam, vel ad avaritiam...), cum ipse talibus non indigeat. Nec etiam accidia potuit esse peccatum eius... Nec etiam primum peccatum daemonis potuit esse ira vel odium vel invidia... Primum ergo peccatum daemonis fuit superbia et amor propriae excellentiae»; THOMAS, *S. theol.* I q. 63 a. 2 ad 2 (V 123b). 16 Loquuntur: CASSIANUS, *De coenobiorum institutis* V c. 1 (PL 49, 202-203); *Collationes* V c. 2. 23 (PL 49, 611. 639) et praesertim c. 16 (col. 632-633); GREGORIUS, *Moral.* XXXI c. 45 n. 87 (PL 76, 621): «Primae autem eius [scil. superbiae] soboles, septem nimirum principalia vitia, de hac virulenta radice proferuntur, scilicet: inanis gloria, invidia, ira, tristitia, avaritia, ventris ingluvies, luxuria»; ISIDORUS, *Differentiae* II c. 40 n. 161 (PL 83, 96); *Quaest. in Vet. Test.* In Deut. c. 16 n. 3-4 (PL 83, 366-367).

T ¹ Cf. supra n. 26. 43. ² id est: concupiscibilis propugnat irascibilem. – Cf. RICHARDUS DE MEDIAV., *Sent.* II d. 5 princ. 1 q. 1 arg. 1 (II f. 24va): «Actus [potentiae] irascibilis praesupponit actum concupiscibilis, ergo et inordinatus actus [potentiae] irascibilis inordinatum actum concupiscibilis; sed superbia est in irascibili; ergo [superbia] non fuit in Lucifero inordinatio prima». ³ supple: Luciferum. ⁴ supple: de septem capitalibus (cf. supra n. 48). ⁵ Cf. Ex. 20, 1-17; Deut. 5, 6-21.

VF

1 se] *praem.* in V 2 ei] eum V | odivit eum] odiebat Deum F 3 et² om. V 4 intelligo] *comp.* V | in om. *codd.* 5 divisibili (!) V 6 fuerit] fuit V | sed in corr. V¹ 7 et om. V | angelus malus] m. a. F 9 irremediabile (!) V 10-11 Augustinus XIV] angelus (!) V 11 ubi] ut F | Duo — fecerunt om. V 12 amor] *comp.* V | usque om. V 13 primum ... quo angelus om. V 14 etiam dicta] et circa (!) V | speciali — hoc] spali (!) tunc hic V 16 fuit (!) F 18 nec] et V | aliorum] illorum F | septem] quattuor V*F 20 Hoc] *add.* enim V 22 se — amat² om. V | alium] illum V* 23 amat post inordinate F | magis] nimis F minus V 24 ita ante superbia V 25 reducitur in corr. V¹ | spiritualem] specialem V

T ¹ Cf. supra n. 26. ² Cf. supra n. 23. ³ Cf. supra n. 26. 43.

quattuor virtutes cardinales (sicut in libro Sapientiae¹) et tres virtutes theologicae (ab Apostolo²). Modo quaero: aut peccata distinguuntur per respectum ad bonos actus³, vel per respectum ad virtutes theologicas ordinantes animam⁴? Si primo modo, tunc essent plura quam septem, quia decem sunt praecepta. Si secundo modo, pauciora essent quam septem. — Unde si accipitur desperationis peccatum (sive peccatum in Spiritum Sanctum), et infidelitas, non invenitur ad quod⁵ reducuntur, sicut patet inducendo; et si quis bene consideret se ipsum, multa peccata inveniet quae non reducuntur ad illa septem.

54 Unde dico quod amor inordinatus non est formaliter aliquod illorum peccatorum, sed est *radix omnium malorum*, secundum Apostolum⁶ et secundum Augustinum⁷. Unde immoderata dilectio boni creati est prima aversio a Deo.

II. — AD ARGUMENTA PRINCIPALIA¹

55 Ad primum, quando arguitur quod 'initium omnis mali est superbia'⁸, dicendum quod superbia accipitur generaliter sicut et inobedientia. Nam inobedientia duplex est, qua quis non vult subesse suo superiori. Nam uno modo, quia habet actum elicited nolendi subesse ei, et sic contemnit; alio modo, quia non habet actum elicited, sed dimittit praeceptum superioris, non faciendo illud sed aliud ('non habet actum elicited': sicut si quis non facit praeceptum superioris sed facit aliud, non tamen nolendo praeceptum): sic Adam dicitur peccare superbia et peccato inobedientiae

VF

1 et] add. etiam V⁺ 2-8 Modo — reducuntur om. F 2 aut peccata] comp. V 3 bonos] Hebraeos (!) V | per² om. V 4 theologicas] obiectas (!) V 6 quam] quod V 7 infidelitas] infantis V 9 inveniet om. V | non om. F 10 reducitur V 11 dico ... inordinatus] dicimus ... immoderatus V 12 malorum] aliorum V 13 secundum om. F 14 boni — aversio] bonitatis et propria (p. om. V¹) av. prima V 18 et om. V 19 elicited] illicitum V 20 ei om. V | contemnere V 22-23 non¹ — aliud om. F 23 superioris] superiorum V⁺ | aliud om. V⁺ | tamen] tantum V⁺ | nolendo] volendo F 24-p. 387, 1 sic — praeceptum om. V⁺ 24 sic] sicut V²

F 24 BONAV., Sent. II d. 22 a. 1 q. 1 in corp. (II 516b-517a); RICHARDUS DE MEDIAV., Sent. II d. 22 princ. 1 q. 1 in corp. (II f. 88vab).

T ¹ Cf. Sap. 8, 7. ² Cf. I Cor. 13, 13. ³ scil. quales sunt actus decem praeceptorum. ⁴ Cf. DUNS SCOTUS, Lectura III d. 25 q. 1 in corp. (cod. Oxon. Merton 62, f. 203v): «Actus virtutum moralium non ordinantur in finem nisi per actus virtutum theologicarum». ⁵ supple: ex illis septem peccatis. ⁶ Cf. supra n. 21. ⁷ Cf. supra n. 26. ⁸ Cf. supra n. 17.

non quia habuit actum nolendi praeceptum Dei, sed faciendo aliud (comedendo) praeceptum suum dimisit. Et sic accipitur superbia communiter. Et secundum hoc salvatur auctoritas Augustini¹: sic enim superbia est radix omnis peccati, quia non est aliud quam amor sui 'esse'.

Ad rationem divisivam² patet quod insufficiens est. 56

Ad aliud³ dicendum quod illa auctoritas est intelligenda de omni peccato carnali (*Omne quod est in mundo, aut est concupiscentia carnis etc.*); et tamen concupiscentia boni sibi inordinate potest aliquo modo reduci ad concupiscentiam oculorum, quae est aviritia. 57

Ad rationes in oppositum⁴ patet per ea quae dicta sunt⁵. 58

VF

1 sed om. V 2 dimisit] dimittit V⁺ 3 communiter — hoc in corr. V² | Augustini] Magistri V⁺ 4 superbia est radix] r. est s. V | quam om. V⁺ 5 esse om. F 6 divisam (!) codd. | insufficiens est] est ins. F 7 dicendum] dicitur F | illa in corr. V¹ 8 Omne om. V | concupiscentia compi (!) V⁺ 9 sibi] sit (!) V⁺ 12 rationem F

T ¹ Cf. supra n. 17. ² Cf. supra n. 18. — De ratione divisiva seu de 'loco a divisione' cf. PETRUS HISPANUS, Tractatus tr. 5 n. 40 (p. 77). ³ Cf. supra n. 19. ⁴ Cf. supra n. 20-22. ⁵ Cf. supra n. 27. 43. 48-51.